

ejus cunæ monstrantur, anno MD.
natum, Aquisgrani, & deinceps a
Clemente vi. Bononiæ coronatum.
In Germania tamen ne suum *Plus ul-*
tra, supra pristinam Principum li-
bertatem proferret, probeque nosset,
alio sibi modo gubernandam Ger-
maniam, quam ditiones reliquas, ex-
pressis legibus, quas Capitulatio-
nem vocant, cuiusque usus apud
posteros strictius invaluit, constra-
gebatur.

§ CCXLIII. Maximilianum ex
regionibus Austriacis singulare re-
gnum, quod Orientale vocaretur,
voluisse condere, non desunt, qui
commemorent. Hoc quidem in-
stitutum etsi non prosecutus fuerit
Carolus nepos; quando tamen fra-
tri Ferdinando utramque Austriam
cum aliis ditionibus Austriacis
per Germaniam superiorem conce-
deret, singulari diplamate tanta Au-
striacis Archiducibus indulxit pri-
vilegia, ut illorum dignitas non
mul-